Quelle: https://manuscripta.at/?ID=35272
Copyright: Innsbruck, Prämonstratenser-Chorherrenstift Wilten



21

deus dei abraham patris tui et
deus ysaac terram in qua dormis tibi
dabo et semini tuo erit gremio tuum
quasi pulvis terre dilatabere ad orientem
et occidentem septentrionem et meridiem
et in te benedicent et in semine tuo cuncte
tribus terre ero custos tuus quo
cumque ieris et reducam te in terram
hanc nec dimittam nisi cuncta quecumque
dixi complevero evigilans iacob
de somno dixit vere dominus est in loco
isto et ego nesciebam pavensque quam
terribilis inquit est locus iste non
est hic aliud nisi domus dei et
porta celi surgens ergo mane tulit
lapidem quem supposuerat capiti suo
et erexit in titulum fundens oleum
desuper appellavitque nomen urbis
bethel que prius luza vocabatur
vovit etiam votum dicens si fuerit
deus mecum et custodierit me in
via per quam ambulo et dederit michi
panem ad vescendum et vestimentum
ad induendum revertarque sospes
ad domum patris mei erit michi dominus
in deum et lapis iste quem erexi
in titulum vocabitur domus dei cuncta
que dederis michi decimas offeram
tibi

29 cap

Profectus igitur iacob venit ad
terram orientalem et vidit pu
teum in agro et tres greges ovium
accubantes iuxta eum nam ex illo
ad aquabantur pecora et os eius
grandi lapide claudebatur consuetudo
erat ut congregatis omnibus
de puteo lapidem et refectis
gregibus rursus super os puteo po
neretur dixitque ad pastores fratres
unde estis illi responderunt de
haran quos interrogans numquid
aut nostis laban filium nachor
dixerunt novimus quid ne e inquit
valet inquiunt ecce rachel filia eius
venit cum grege suo dixitque iacob
adhuc multum dei superest nec est
tempus ut reducantur ad caulas
greges date potum ovibus et
sic ad pascua earum reducatis illi re
spondent non possumus donec omnia
pecora congregentur et amoveamus
lapidem de ore puteo ut adaquentur
greges adhuc loquebantur et ecce
rachel veniebat cum ovibus patris sui
nam grege ipsa pascebat quam
cum vidisset iacob et sciret consobrina
sua ovesque laban avunculi sui
amovit lapidem quo puteus claude
batur et adaquato grege osculatus
est eam elevataque voce flevit
et indicavit ei quod esset patris
eius et filius rebecce ille illa festi
nans nuntiavit patri suo qui cum
audisset venisse iacob filium sororis
suae cucurrit obviam ei complexusque
est eum et multo osculo ducens dixit
in domum suam ductus autem causas
itineris respondit os meum et cuncta
mea es et postquam expleti sunt
dies mensis unius dixit ei num
quia frater meus es tres nuces michi
dic quid mercedis accipias habe
bat vero filias duas nomen maioris
lia minoris appellabatur rachel sed
lia luscis oculis erat rachel decora
facie et venusto aspectu quam
diligens iacob dixit serviam tibi
pro rachel filia tua minore septem
annis respondit laban melius
est ut tibi eam dem quam uni alteri
manere apud me iunxit igitur iacob
pro rachel septem annis et videbantur
illi paucos dies pro amoris magnitudine
dixitque ad laban da mihi
uxorem meam quia iam tempus completum